



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod homo aliquando bona voluntate aliud vult quam Deus: & mala idem  
quod Deus. A

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

nec nisi volens quicquam facit, & omnia quæcumque vult facit.

*Summatim perstringit sententiam prædictorū addens quare Deus præcepit omnibus bona facere & mala vitare cum non velit hoc ab omnibus impleri.*

C

EX prædictis liquet quod voluntas Dei quæ ipse est, semper invicta est, nec in aliquo quassatur, sed per omnia impletur. Consilium vero eius & præceptio siue prohibitio non ab omnibus implētur quibus proposita & data sunt. Neq; ideo præcepit omnib<sup>9</sup> bona, vel prohibuit mala, vel cōsulit optimæ, quod veller ab omnibus bona quæ p̄cepit fieri, vel mala quæ prohibuit, vitari. (Si enim veller, utiq; & fierent, quia in nullo potest ab homine superari vel impediri eius voluntas) sed vt iustitia in suam hominibus ostenderet, & mali es- sent inexcusabiles. Denique vt boni ex obedientia gloriam, mali ex inobedientia poenā sortirentur, sicut utrisq; ab æterno præparauit. Ea ergo quæ o- mnibus præcepit vel prohibuit, à quibusdam vo- *Genes. 22. 8*  
luit fieri vel vitari, sed non ab omnibus: & quædā *Merci 1. d* personaliter præcepit, & in veteri, & in noua lege: quæ ab eis quibus præcepit fieri voluit: vt Abrahæ de immolatione filii & in Euangelio quibusdam curatis, quibus præcepit nec cui dicerent.

QVOD ALIQUANDO HOMO BONA  
voluntate aliud vult, quam Deus: & aliquando ma-  
la, id quod Deus bona volunta-  
te bona vult.

## DISTINCT. XLIII.

A

SCIENDVM quoque est, quod aliquando mala *Qualiter*  
est voluntas hominis idem volentis quod De<sup>9</sup> *voluntas*  
vult fieri: & aliquando bona est voluntas homi- *nostri diuini*  
nis, aliud volētis quam Deus. Ut enim bona sit ho- *na confor-*  
minis voluntas, oportet attendere quid cōgruat *metur.*

S 3 ei

ei velle, & quo fine. Tatum n. interest inter voluntatem Dei, & voluntatem hominis, ut in quibusdam aliud congruat Deo velle, aliud homini. Vnde Aug. in ench. Aliquando bona voluntate homo vult aliqd, quod Deus non vult, bona multo amplius, multoq; certius voluntate. Nam illius mala voluntas esse nunquam potest: tanquam si bonus filius patrem velit vivere, quem Deus bonay voluntate vult morti. Et rursus fieri potest, ut hoc velit homo voluntate mala, q; Deus vult bona: velut si malus filius velit mori patrem, velit etiam hoc Deus. Nempe ille vult quod non vult Deus: iste vero id vult q; vult & Deus: & tamen bona Dei voluntati pietas illius potius consonat, quamvis aliud volentis q; huius idem volentis impietas. Multum enim interest qd velle homini, quid velle Deo congruat: & ad quem finem suam quisque referat voluntatem, ut appetatur vel improbetur. Potest enim velle bonum, quod non congruat ei velle: & potest velle bonum, quod congruit, sed non refert ad finem rectum, & ideo non est bona voluntas.

*Quod bona Dei voluntas mala hominum voluntate impletur: ut in passione Christi contigit, ubi quiddam factum est, quod Deus bona & Iudei mala voluntate voluerunt, voluerunt tamen & aliquid quod Deus non voluit.*

*Aug. c. 101.  
in Ench. ad medsum.*  
Illud quoque non est praetermittendum, quod aliquando Dei voluntas bona per malam hominis voluntatem impletur: ut in crucifixione Christi factum est, quem Deus bona voluntate mori voluit. Iudei vero impiavoluntate eum crucifixerunt: Et volebant Iudei mala voluntate quiddam, q; Deus bona voluntate volebat, scil. ut Christus patetur, moreretur; sed volebatur & aliquid aliud quod Deus solebat, scil. occidere Christum: quod fuit mala actio & peccatum: Actum quippe Iudeorum non